

vocauerit, deponatis fideliter dictis Episcopis, iuxta formam vobis traditam sicut mandauimus quantocitius fieri poterit assignandum. Nolumus autem quod per hoc Lundensi generetur præiudicium, Vpsallensibus vero Ecclesiis ius nouum aliquod acquiratur. Datum ut supra.

644.

1278 d. 4 Maj.

Sandom.

Kon. MAGNUS Is Bref om Calmare Sockens förening med Dekanatet i Linköping.

B. 3: 100.

Omnibus presentes litteras inspecturis M. dei gracia Rex sueorum salutem in domino Nouerint vniuersi nos ius patronatus quod actenus Calmarnie vsi fuimus coram domino lincopensi resignasse et specialiter admisisse quod dicta ecclesia perpetuo annectatur decanatu lincopensi In cuius rei testimonium litteras presentes sigillo nostro duximus sigillandas datum sandum Anno dominj M^oCC^oLXXVIII In crastino inuencione crucis sancte.

645.

1278 d. 1 Jun.

Örebro.

Kon. MAGNUS Is Gåfvobref på Sigarsö till Bisk. ANUND i Strengnäs.

A. 3. g. 1: 4. *)

Uniuersis christi fidelibus presentes litteras inspecturis. M. dei gracia Rex sweorum. Salutem in omnium saluatore Tenore presencium constare volumus tam presentibus quam futuris quod Nos ex consensu dilectorum fratrum nostrorum. Domini. W. quondam Regis sweorum jllustris & domicelli. B. archidyaconi lincopensis curiam syharsø cum agris, pratis, siluis, piscacionibus, molendinis & colonis ac omnibus aliis attinenciis mobilibus & immobilibus venerabili patri domino Anundo Episcopo strengenensi ac suis successoribus canonice substituendis perpetuo possidendam liberaliter assignamus legali sollempnitate secundum consuetudinem terre vulgariter festis legitime precedente, Promittentes firmiter eidem quod dictam curiam a quouis impetitore liberabimus, transferentes in ipsum & prefatos successores, nomine ecclesie strengenensis dominium & omne ius, quod nobis ratione proprietatis competebat vel competere potuit in eadem, concedentes sibi & memoratis successoribus liberam facultatem, supradictam curiam pacifice possidendi, vendendi, commutandi, vel alio quoquo modo pro sue libito voluntatis ordinandi, In cuius rei testimonium sigillum nostrum vna cum sigillis

*) En vidimation af detta Bref från 1305 af K. BIRGER finnes, A. 3. g. 1: 5.

dilectorum fratrum nostrorum ac venerabilium patrum domini Jacobi vpsalensis Electi & domini Henrici Episcopi lincopensis nec non dominorum Johannis phillippi, & Phillippi Legiferi qui huic donacioni presentes fuerunt presentibus duximus appendendum. affuerunt eciam ordinacioni huic: testes predictae donacionis qui uulgariter dicuntur fastær. Dominus Johannes Karlsun, dominus Ærlandus Jsraelsun. dominus Thorstanus Thiælwæsun, dominus Phillippus finuithæ sun. Byrgerus Phillippi. & Thomas de Hahaby qui predictam ordinacionem pronunciauit esse legitime factam secundum leges terre & consuetudines approbatas. Datum Øræbro anno domini Millesimo Ducentesimo septuagesimo octauo kalendis Junij.

På frånsidan: de adquisicione curie sigharsø.

Sigillen N:o 1—5, 9—11, saknas; de öfrige 3 äro något skadade.

646.

1278 d. 17 Jun.

Kon. WALDEMARS å sin dotters INGEGERDS vägnar gifna bref rörande förening af dess gård Husaby på Wikbolandet samt jus Patronatus till nämnde kyrka med dess inrättade nya Kanonikat i Linköping.

B. 3: 128.

Uniuersis presentes litteras inspecturis W dei gracia Rex quondam sweorum sal. &c. Presentibus litteris nostro sigillo sigillatis notum facimus presentibus & memorie transmittimus futurorum nos nomine nostro & dilecte filie nostre domine Ingiburgis cui curiam nostram in husaby dictam inter wica in dotem assignauimus habentes plenam & liberam amministrationem omnium bonorum dicte filie nostre admississe, in iure patronatus consessisse quod ecclesia husaby vbi predicta curia est situata Canonie quam in ecclesia lincopensi ex nouo creauimus & quam tempore presenciarum canonicè possidet Ingi-mundus canonicus lincopensis perpetuo annectatur. Datum anno domini M^o.CC^o.LXX.VIII^o. die beati Botulfi abbatis.

647.

1278 d. 25 Jun.

Stockholm.

Kon. MAGNUS Is Salubref på 9 örtugsland kronogods i Ekelang i Erla socken till Eskilstuna.

A. 3. l. 1: 3.

Vniuersis christi fidelibus presentes litteras intellecturis Magnus Dei gracia Rex sweorum salutem christi fidelibus repromissam. Quoniam propter vite fra-